Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quod uulto sibi placere. simul enim & inobediens inuenitur.

Si licet alicui excusare opus quod ei iniungitur. & aliud quere. &c.

Qui definitam sit mensuram obedientiae usque ad mortem &c. qui deuitat hoc quod ei iniungitur. et aliud opus quaerit. primo omnium inobedientiae reus est. & manifeste ostendit. quia nondum negauit semet ipsum. Deinde multorum malorum causa efficitur. tam suae quam ceteris. quia admonitionis pluribus aperit. & se ipsum adcontradicendum insuetum et cum non posint singuli discernere quod melius est & eligere. potest fieri si talis sit licentia ut aliquid deterius eligat. Tum deinde suspicionem etiam dabit fratribus quod passionis aliquae ut ad opus illud quod elegit adstringatur. ut certe erga eos cum quibus id necesse est operari. Itaque omnium nonobedientia. multorum malorum causa est iniquitas. Si autem ratio est aliqua qua sibi recte excusare iudeatur opus illud quod excusat. ponat hanc ipsam. ut huic qui praest & rei in quam eius iudicio ut ipse phebet si excusationem dignum est quod iniungat.

Si iniunctum fuerit aliquid fratri & hoc contradixerit. postea autem sua sponte abierit. quid est. &c.

Ideo quod contradixit quasi nonobtempperans iudicandus est. & uelut certos adsimile concitans malum. Inquo sciat se illi sententiae obnoxium quae dicit contradictiones suscitat omnis malus. dnis autem anglm inmisericorde. inmittit ei. cum hoc certum sit quia non hominum obtempperat sed domino dicenti. quia qui uos audit me audit. et qui spnit uos. me spnit. Si compunctus est recordatione man